64.

1308, *Settembre* 5.

*Ambasciatore e regali al Re d'Armenia.*

Quod pro ambaxata que debet mitti in Harmeniam, fiat imprestitum de soldis duobus pro centenario, et pro expediendo Baiulum Cipri; et si Consiglium vel Capitolare est contra, quia non fuit dictum per tres ..., sit revocatum.

Quod Ambaxator qui nunc eligetur in Hermenia, vadat cum illo salario, expensis et famiglia, quibus ivit vir nobilis Delfinus Delphino, et portet de donis Dno Regi libras XI grossorum; et teneatur respondere die qua sibi dictum fuerit, vel stridatum ad domum, vel sequenti: et si Consiglium est contra, vel Capitulare quia non est facta Commissio, sit revocatum.

Quod Consilium per quod non potest eligi Ambaxator iturus ad expensas ultra (L) XVIIII, grossorum, nisi prius facta sit Commisio, etc. revocetur in tantum, quod possit eligi Ambaxator iturus in Armeniam, nec non sit facta ejus Commissio; et est capta per V Consiliarios, et tria capita, et XXV, de 40.

[Presbiter, 1 t°].

65.

1310, *Aprile* 7.

*Domande del Re d'Armenia.*

Cum Dms Rex Armenie rogaverit nos per suum Ambaxatorem de quodam servitio, quod nos et Consiliarij qui fuerunt et isti presentes sunt conteni et facere, cum ipse Dms Rex miserit suum Ambaxatorem in Curiam in favorem nostrum, sicut scitis[1],

1 Sentimento di gratitudine verso il Re Ossin per sua intercessione al Papa in favore della Repubblica. Vedi Parte I. p. 45, e il Doc. 366.